

bosi, *Vmbelliferae*, & *Verticillatae*. Alij in curvam & longam spicam, ut *Heliotropij majoris*, *Anchusarum*, & *congenerum*. Alij in rectam spicam, ut *Agrimonie*, *Plantaginis*. Alij *verticillatum* inter foliorum geniculos, ut *Clinopodium*, *Marrubij*. Alij in summo tantum, ut *Mentha*, & *Viiticis*. Alij temper surrecti, ut *Chrysanthemi*, *Buphtalmi*. Alij deorsum spe-
cantes, ut *Aquilegia*, *Loti*, *Hormini*, & *Leguminosarum plurium*. Alij singuli singulis ramis, ut *Chrysanthemi*. Alij plures, ut in *Galega*, *Vicia*, & *Leguminosarum*, quorum ali in sumo cōferti sunt, ut in *Meliloti coronata*, *Colutea*, *Coronilla*, Alij erecti, ut *Lupini*, & *Genistella infectoria*.

Alij fructui siliquoſo incident, ut in *Lysimachia*, *Silquosa*, *Chamenerio*. Alij fructui vascu-
lo incluso, ut in *Hydrocyano*, & *similibus*. Alij nudo fructui, ut *Cucurbita*, *Cucumeraceorum*, &
Acanaceorum genus, & quorum semina pappo euolant, ut *Carduorum*, *Chondrilla*, *Hieracij*,
Helenij, *Partheni*, *Chrysanthemi*, & quoruſ capita squamosa sunt. *Sed & sanguisorbe*, *Pim-
pinella*, *Elytij*, *Plantaginearum*, *Frumentacearum*, *Spicatarum*, & *Vimbellerarum*. Et ex Bul-
baceis, *Colchic*, *Orchidum*, *Croci*, *Narcissi*: in Arboribus *Pomiferarum*, *Mispili*, *Malii Punici*,
Rose in *Fruticibus*, & *similium*. Alij fructum continent, aut proferunt in vmbilico, ut in
Aurantio, *Ajfrero pomo*. Ex Herbis *Malua*, *Brassica*, *Ranunculo*, *Anemone*, *Gerano*, *Papaver*,
Thlaspide, *Leguminosarum*. Ex *Bulbaceis*, in *Ornitobalo*, *Tulipa*, *Aphodelo*, *Iridum specie*, & *Ca-
paceis*. Alij Plantæ florem habent superne, & fructum longe à floræ parium, ut *Milium Indi-
cum*, *Lachryma Iobi*, *Ambrosia*, *Xanthium*, *Ricinus*, *Sparganium*, *Heliotropium minus*, & *simi-
les*. Alij e latere floris dependent gerunt fructum, ut *Tubymalorum* genus. Alij fructum
supra terra, & etiam sub terra proferre traduntur in radicibus, ut *Arachydna*, qua *Amphi-
carpa* dicitur. Alij radices sue bulbillis cum ipsi floribus, & fructu, ut *Saxifragia bulbosa*,
Ampeloprafon carneo flore, sue *Moly* *serpentinum* *Lobelij*.

Et pag. cad. lin. 34.

Fructu dif-
ferentia ex-
forma

Fructum vero ali sunt orbiculares, ut *Cerasus*, *Aurantium*, *Pracocia mala*. Alij oblon-
gi pyriformes, ut ipſa *Pyra*, *Coccyntis*, *Aristolochia*, *Ficus*, & *Prunorum quadam species*. Alij
ouales, ut *Glanis*, *Olea*, *Cornu*, *Limones*. Alij oblongi admodum, ut *Cucumis*, *Cucurbita an-
guina*, Alij oblongi & iuli modo, ut *Piper longum* & *Berre*. Alij Coni figuræ, ut *Pinus*, *abies*,
Lupulus, *Cynara*, quorum figura squamosa. Alij rotundi, & squamosi, ut *Cupressus*, & borum
ali edules, ali minimi.

Alij pulpa, oleo, & semine conſtant, ut *Armeniaca mala*, *Pruna*, *Olea*, *Cerasus*, quorum pul-
pa edulis est: ali non, ut *Nucis luglandis*. Alij pulpa, & semine fine oleo medio, ut *Mala*,
Pyra, *Cucurbita*, quorum semina corice tantum vestiuntur. Alij echino cortice semina
condunt, ut *Catharea*, *Fagus*, *Ricinus*. Alij echino tantum, ut *Caucalis*, & alia *Vimbelleras*.
Echinophora à nobis descripta, ali osse, & cortice, ut *Auellana*. Alij semine tantum, in glo-
bum conſerto *Echinum* referunt, ut *Bumotum*, *Platanus*, *Spina alba*. Alij siliqua in globum
densis, ut *Glycyrriza*. *Sed & fructum simplicium ali rotundi pyriformes, aut oblongi pul-
pa sunt edules, que extima est, ut *Mala*, *Pyra*, *Cucumis*. Alij inguſtabiles, ut *Coccyntis*, *Cu-
cumis sylvestris*, & etiam *Cucurbita* species quadam amara ex oblongis.*

Ex racemosis edules sunt *Vitis*, *Ribes*, *Cerasa*, non edules *Hedera*, *Ligustrum*, *Ari*. Alij ama-
ro cortice atque acer fructu intus pulpa habent inſipidam, interius vero acidum succum, ut
Limones, *Poma Adami*, *Citria*, & id genus. Alij lignosum habent corticem, & oleo continent
semen, ut *Pinus*. Alij fungolum, & squamoſum etiam corticem tantum, ut *Cupressus*. Alij
Cartilagineum, ut *Abies*. Alij non squamoſo, sed laui, & vascuſ modo fructu semina conti-
nent, ut *Papaver*, *Nigella*, *Lycnis* ex rotundis. Alij in Poculi ampli effigiem, & Vesparum
faui cartilaginosi modo in cellulas excavati, ut *Faba*, *Aegypia vera*. Ex longis qui & fili-
quosi in arboribus, *Casta Catbarica*, *Siliqua vulgaris*. Ex Herbis vero *Leuconio*, *Papaver cor-
nucolatum*, *Leguminosa*, *Pisum*, *Lupinus*, *Anagris*. Item *Siliquosi fructus*. Alij sunt laues, ut
Pis, & similes. Alij nodosi ut *Rhabani*, *Acacia*, *Orobi*, *Scorpioidis*. Alij simplici siliqua, ut
Genista. Alij vētriosā, & rotunda siliqua, ut *Pis*. Alij depreſſa plana, ut *Securidaca*. Alij multi-
plici, ut *Meliloti*. Alij leui siliqua, ut *superiorū*. Alij aspera & multiplices, ut *Calendula*, *Glycyrrhi-
za*, *Ranunculi echinata*. Alij sine cortice, & in tota dura semina sunt, ut *Piper*, *Cabebe* ex rotundis.
Ex longis *Caryophylli*, & *Piper caudatum*. Reliqua nuda semina nō ita. Alij palceaco aceroſo cor-
tice semina continent, ut *Thapsia*, *Angelica*, *Panax asclepium*, *Lapathū*, & *Thalictrum Cordi*,
sue *Ruta pratensis*. Alij fungolo, ut *Hippomarathru*, & *Cachrys*. Alij vtriculis semina cōdunt,

ut Ver-

ut *Venticillata* planta *Vite*. Alij inſta vtriculis fructum habent inclusum, in quo semina,
ut *Hyoscyamus*, *Tabacum*, *Agrimonoides* à nobis descriptum *Trifago Apula*, *Elephas Camp-*
elarenſis, & similes. Alij glumis, ut *frumentacea*. Alij folliculis, ut *Gentiana*, *Rheseda*. Alij
calycē fructum, ut *Quercus*, *llex*: Quorum calycum ali laues, ali aperi, ut *Cerrit*. Alij ve-
ſica ſemina occidunt, ut *Staphyloidendron*, *Pisum cordatum*. Alij ſub veficā pulpoſo fru-
ctu ſemina continent, ut *Alikengi*, *Solanum Somniferum*, & *Lethale*. Alij pulpa tantum,
ut *Solanum hortense*, *Solanum manicum*, *Bella Donna*, *Bryonia*. Alij pulpa habent interna-
nam, & ſemen in ſuperficie parum exertum, ut *Fraga*. Alij lato, & rotundo compreſſo
fructu fungoſo ſemina continent, ut *Palmarum Herbariorum*. Alij rotundo, & orbiculari, ut
Cuprefus, Alij alato, & expando, ut *Acer*. Item ali singulari, & rotundi, ut *Malus pu-
nica*, *Solanum Manicum*. Alij duplices rotundi, & bini, ut *Mercurialis*, *Cynocrambe*, *Co-
riandri*, *ſburj*, *Gali*, *Rubia*. Alij duplices oblongi, ut *Sesqui*, *Myrrhides*. Alij duplices, lati
& compreſſi, ut *T blaſpeos*, *Leucoij*, *Alyſoides* à nobis descripti, *Veronica*. Alij trifidi, ut *Iri-
dis*, *Gladioli*, *Ricini*, *Heliotropij minoris*, *Capacorum*, & *Bulbosarum*, *Cifti*, *Aconitum* & ſi-
milium. Quadrilateri, ut *Simpi agrestis* echinato ſemine à doctifimo Galparo Bauhino pro-
Eruca Monspeliens quadrangula ſiliqua proposita in Prodromo Theatri botanici. Tatuſ ſue
Datura, *Euonymi*, *Cynoglossa*, & *Ruta* prater Medium. Quinquepattiti ſtellati, ut *Semperui-
ni*, *Coryledoni*, *Craſſula*, *Nigelle*, *Sexanguli*, *Corona Imperialis*, *Decanguli*, *Nigella Constan-
tinopolitanæ*, *reflexis*, & planis apicibus, qua aliā imperfeſtor ex ramulis ſepentis, & cōtis,
noenuis & denis in perſerioribus, *Semperium rubrum*, *Gnaphaloides* à nobis descriptum.
Alij plurimi, ut *Alcea species*, *Abutilon* dicta ab Herbarijs.

Sunt & fructu differenti ab effigie varia, qua res alias imitari videntur. Alij similes Cal-
varia, ut *Antirrhinum*. Dentifri congeric *Pinea naci*s fructus exprimit. Molaris Dētis leonem
Hyoscyami cytinus coronatus, qui etiam ſemina denticulata continent. Alij similes *Lingua*, ut
Isatis, *Glaſia*. Alij gutturi longam annulorum effigiem, ut ſiliqua *Casta Catbarica*. Di-
ſco, ut *T blaſpe*, *Tordylium*, *Leuconio lunatum*. Dupliſ Diſco, *Alyſum*, & *Leuconio Alyſoides*
à nobis proposita. *Burſa*, *Burſa Pastoris*, & *Polygala* *Lobelij*. Velicæ *Staphyloidendron*, *Colutea*
vesicaria, *Pisum cordatum*. Testes hirtos repreſentat, *Mercurialis* mas. Olla cū operculo,
Hyoscyamus, *Ampullā*, *Valeriana*, & *Nardus montana*. Vel potius pilosam araneam ſue
Phalangium, aut *Polypum*. Vascuſ ſue *Alabastru*, *Papaver*, *Nymphaea lutea*. *Calathus*, *Ca-
ryophyllus*, & *Lycnis*. Araneam imitator ſemina *Atractylidis*, *Carduorum*, & *papporum*,
ſcuti, & canos capillos *Senecio*, ob id ſic dicta. *Taurinum* caput *Acetosa Neapolitana*, &
Tribulus. Locustuſ bipedem imitatur, *Auenia fructus*. Vituli narices ſimile *Antirrhini*
fructus. Clauam asperam *Simpi agrestis*, & *Ranunculorum* fructus. *Critam*, *Coronopus echi-
nato* ſemina. *Nasturtij* ſpecies nobis, perperam à Matthiolo pro *Ambroſia* propositus, & *Hedysarum*
capillare. *Clypeatum* *Lobelij* ſue *Crispa galli*, *Galeam*, *Caffidea* à nobis descripta. *Infundibulum*
Malva syriaca. *Pileum*, *Scabiosa hispanica*. *Barbam hircinam hilpidam* *Tragopogon Apu-
lum*, à nobis descriptū. Caput *Viperæ* & *Auicula*, *Echium*, *Borrage*, *Symphytum maius*, *Ceris-
tre*, *Anoburum* genera. Caput *Viperæ* cum lingua exerta, *Cynoglossa* à nobis descripta, *Lu-
cernarum* modo caui ſunt, & cum *Ellychnio*, *Cynoglossa*, *Lycnis* à nobis descripta. *Pedie-
teris*, *Borrage quædam* *Apula* à nobis descripta. *Vimblicum* *Aparine* fructus. *Alarum*
speciem, *Asoris* fructus. *Cornu* erecti ſiguram imitatur *Fænum* *Greacum*. *Cornu* contorti,
ut *Arietis*, *Cypris* *nobras* à *Maranta* *Venusino* propositus. *Afragali* ſue *Hedysarum* ſpecies
Lobelij depicta. Solecam equinam, *Ferrum equinum* à nobis descriptum *Polycherates*,
Cochleam, *Medicea varie*, *Kali cobleato* ſemina. *Polyporum* ciros, *Clymenum*, ſed *ipsum*
Polyptum *Nardi* fructus, & *Valerianæ*, ut diximus. *Caudam vulpinam*, *Graminis species*,
eodem nomine, ſilicet, & caudam murinam, *Cauda muris* ab effigie, *Caudam Equinam*,
Equisetum. Luban effusam ſilicet comam, *Milium*, *Bromos*. *Pedes Auum*, *Ornitobodium*,
*Lingua ſer-
penina*. *Roftri grui-
ni*. *Echinis*. *Gladij*. *Anguis*. *Tellum*. *Gallina* à *Lobelio* depicta. *Tribulus areos*, *Tribulus terreſris* & *aquaticus*, *Stella Calcitra-
pæ*. *Echinum marinum*, *Charaleo albus*, *Caryophyllata*, *Arction* ſue *Bardana Personata*, *Echini*,

Verticilli.
 Caudæ for-
 pii.
 Vermium.
 Luna.
 Cordis.
 Fauorum.
 Verticari.
 Sphaeræ.

 Differētia.
 & effigies
 seminum.

 Verticillatum
 Palmaris vulgaris. Nidum Avis, Pastinaca sylvestris Umbella. Cauda scor-
 pionis, Scorpioides. Vermes Phyllostis, Lunam Sena foliculi, & Lunaria Graeca dicta. Cor-
 dis figuram, Citria mala, & quādam pruna. Vesparum Fauos, Faba Acypria, Cornu-
 piām, Valerianella Cornucopiotēs, à nobis descripta. Verrucas, Helicopropum minus, & Etsa,
 Lappas Arction, Xanthium, Pastinaca species, Caucalis & alia Echinophora congeneres, Pa-
 nicum. Sphaera in modum rotundi, Spargani, Platani, & Cupressi, & similiter modo echinata,
 Stramonij.

His addenda vīsa fuit semenum etiam differentia, eorumque variae effigies. Semen in
 Plantis ita nos accipimus, ut illud sit, quod fructu obductum interna eius parte continetur, ab
 tadem fructu suo cortice vel libro separabili; ad Plantæ nouam germinationem propagandam
 aptum satione. Fructus vero dicitur, id quod è medio flore solet emergere tuberosus, ut in
 Citri, Papaveri, Brassica, & Leguminosis: vel in imo floris subest, ut in malo Punica, Rosa,
 Cucumeraceis & similibus, & infra plura: vel unicus semen continere obseruatur, suo libro
 vel cortice vestitum. Fructuum varietates iam suprà memorauimus, qui vel carne externa
 osseum putamen, in quo semen, ut in Præcoys, Amygdalis, Ceraso, Bruno, & similibus: aut
 osseum externo cortice semen continent, ut Corylus: vel carneo regumento concretum, siue
 gelatum succum, in quo semina, ut in Aurantijs & congenerbis: vel cartilagineo tegmine
 carnem, & interius semen, ut in Cucumeraceis: vel succulos acinos, & in illis semen inclusum,
 ut in Punica, & Flore Passiflorae Indicae planta: vel succulæ carne vel pulpa semina con-
 tincent, ut in Vitis, Ebulo, & similibus. Alias varietates Coniferarum, & Verticillatarum su-
 perius retulimus, nec repetere est opus, cum hoc loci semen varietates tantum, & eorum simi-
 litudines in animo sit referre, quas obiter obseruasse nunc meminimus: Iamdiu est quidem
 quod plantis, & similibus caremus, domèscis alijs obnoxij negotiis. Semina igitur nascentur
 aut carnosæ, vel lignosæ, aut corticos fructu incisa, acino, conc., silique aut virilic contenta,
 que è deo exequæ, & è pudore exequæ, suo tūtū cortice vestita, quæ nuda, ad differentiæ appelle-
 latur, & pueræ exequæ, ut sunt Piperis Cubeba, que singula distincta, vel bina, ut in Vmbelliferis,
 tam rotunda, quam oblonga, vel plana, ut in Coriandro spuri, Rubia, Galiorum familia, &
 ferulaceis. Vel singula, & distincta, ut in Valeriana & Nardo montana: vel etiam in Agri-
 monia, cuius semen asperum deorum nutans, ut à Dioscoride notatur, sub nomine Graeco
 exequæ, quamuis non minus recte dictum etiam potuisse. Fructus: quia post florē emergit suo
 cortice bifurco aspero testus, & distinctus: & non raro Dioscorides, quod vere semen est, &
 exequæ sollicitus inclusum nomine, Fructus exequæ græcè denominat, ut in Cap. de Xyride, &
 Circeo, Staphide agraria, & similibus: qua de re potius semen dici debet, græcæ exequæ &
 verius. Non negamus nudum semen, ut in Vmbelliferis, & Agrimonie, & similibus, non
 minus semen, quam fructus appellari posse. cum Fructus generalissimi illud denominari pos-
 sit, quod marcidio vel deciduo flore quoquomodo erumpit, & perfectius pro ipsius plantæ
 compleimento & perfectione, ad aliquem usum aut plurem, vel ad sue plantæ tantum propagationem
 procreatum. Et semen illud sit, quod suo tantum cortice vestitur, vel in aperto produ-
 hum, aut aliquin amplius circumductum, & inclusum. Cuius medulla sua substantia, vel
 est mollis, & humida, ut in Cucumeraceis, Amygdalo, Nuce, & alijs, que potius in massam,
 quam in puluere contusa tegitur. Vel est dura, sed friabilis admodum, ut facile in pollinem, vel
 puluorem abeat, ut in Frumentaceis, & similibus. Vel est omnino dura, & osca substantia, ut
 cum difficultate tundatur, & in puluorem ducatur, ut est semen Ruci, Smilacis aspera, Xy-
 ris, & similibus.

Seminum varietates plures obseruantur, nam alia leui cortice sunt obducta, ut que stra-
 citi preferunt inclusa reperiuntur, ut in Pomiferis esculentis, Cucumeraceis, & capitula geren-
 tibus: vel nullo modo inclusa fructu, suo tanru, cortice vestita, ut in Vmbelliferis quibusdam
 ferulaceis, ut etiam paucis racemosis: quorum alia rotunda, ut in Racemosis Piperi, & Cubebæ
 Fumaria: in Vmbelliferis Coriandro spuri, & similibus, Alia depressa, & plana ferè, ut in
 Ferula, Sphondylio, & similibus, que à Theophrasto φύλλων appellatur, à Dioscoride
 ἀχρεψιν, quia carilaginosa. Alia canaliculata, & striata, ut in Lubanoidi Cachrystra, Hippo-
 marathro, & similibus, que à Theophrasto γέγαπον, à Dioscoride γρῖνα habete dicuntur. Alia
 canaliculata & pilosa, ut in Cretica planta Lubanoidis nomine ab Honorio Belli Carolo Clu-
 sius missa. Alia magis aspera, ut Pastinaca vulgaris. Alia in totum echinata, ut in Caucali-
 de, &

& Echinophoris à nobis descriptis. Alia Cylindri effigie oblonga, & rotunda, ut secunda
 Securidæ, Lobelij, Galeæ, siue Rutæ capraea appellata. Alia ovalia, & rotunda, ut Olea, Alia
 ovalia, sed deprecta, ut diximus Ferulaceorū, & Cucumeraceorū. Alia ovalia, sed altera parte
 acutiora, ut Mala, Pyri, & similiū. Alia incurva & contorta parum, ut Paeoniae familiæ,
 & Ferri equini. Alia rotunda, sed altera parte rostrata, ut Ciceris, Buglossi, & congenervum.
 Alia patum deprecta, & similiiter rostrata, ut Psyllæ. Alia triangula coni effigie, ut Cicercula
 Harmale, Bulbosarum, & Staphidis agraria. Alia vtrinque acuminata, ut securidata vera
 Dioscoridis. Alia trigona in cuspide acuminata, ut Polygoni, Lapathi, & similiū. Alia qua-
 drata sed deprecta, ut Hedysari. Alia rhomboidē quadrato, ut Pimpinelle sanguisorbe à nobis
 pro sideris de secunda proposta. Alia alia effigie, quarum quedam, que quibusdam rebus re-
 ferri posse videntur non inveniuntur. Phylogenesis, & num in promptu se offerunt notare non pos-
 sedunt. Cerebri medullam imitari videtur, luglandis siue Regia Nucis semen suo putamine
 detectum. Dentum congerient, Hyoscyami semen asperum pineo modo denticulatum. Ipsos
 dentes ovali Punici semen carne obaetum ostendit. Oculi pupillam, Lentula semen, sed
 dimidiata lenticulæ modo Phalangij semen, teste Dioscoride. Cordis figuram Citri, & Au-
 ganij semen cum similibus. Vmbilicum, Valerianella, umbilicata semen à nobis descripta,
 & Aparina Dioscoride teste. Renes exprimunt Phætorum familiæ, & alia nonnulla legu-
 minosa: sed ex alijs generibus Solani, Halicacabi, & aliorum, Genitalis caput, siue Glans
 Faba dicta, Faba semen. Genitale cum testibus gerentibus, Cicer album vulgare, quamvis
 etiam rubro colori Cicer magis Arietinum Caput nafo crassiore incuso prominentem exprimat,
 oculis & cornibus intortis è regione vtrinque expressi, quod propter Arietinum Cicer à Diros-
 coride dici reseruit, non addita causa: que omnia in alio Cicer inesse obseruantur, nafo exiguo
 taurum variante. Sed si quis atramento illius oculos extuberantes, circumscrivat: è regione
 nafo, rostrum imitantis Noctua caput satis expressum videbit. Ventris exuberantis ima-
 pars supra multibria, etiam Cicer ali aduersa pars ostendit. Testes imitantur Rubi, &
 Galiorum semina duplicita conunita, Coriandri spuri, Smirnij Cretici ab Herbarys putati,
 Cinices, & Blattas, siue Cantharos, Ferulaceorum, Sphondylij, & Cucumeraceorum semi-
 na. Araneam imitans populo omnia semina manuocorū equaliter dicta, ed Phalangiorū maximè
 & pilosatum Aranearum Veleriana, & Nardi montana, & congenervum pilo poppo semina.
 Pulices imitantur, Psyllij seminæque Dioscoride. Vipera caput cum lingua exerta, quia
 solo sunt retuso & plano Cynoglossarum semina à nobis descriptarum perbile referunt, quam
 uis aliorum Serpentium acutio rostro, à Dioscoride referre dicuntur Echij, Anchusarum,
 & congenervum semina: que etiam ad Arium rostratum caput accedere non minus quis confe-
 se posset, ut in Cap. de Cynoglossa montana in nostro minus cogitatum, si ripum volume retu-
 limus. Polypum, aut Leporem marinum exprimere non ineptè dicitur, semen Valerianelle
 stellarum semine à nobis descriptæ, & Scabiosarum. Echinum terrestre, Pastinacæ vulgaris, &
 Caucalidum asperum. Erucam asperam, & pilosam Teagoppi, & Scorzonera semen detra-
 ditum. Ricinum Animal, denudatum suo cortice Ricini semen, sic à Dioscoride descri-
 psum. Insectum bisulca cauda Asteris, & Buphthalmi, & congenervum semen, Cochlearia in-
 torta, Medica semen, sed Cochlearia Animalis effigiem patius Kali semen cochleario semine
 ditti. Infectorum tabellarum corpus, siue infectum Malus. Semen compactum antequam
 disintegratur oblique inspectum: quod etiam integrum Echinum marinum spinis denudatum
 exprimere videbitur. At singula semina depressa lunata sunt. Securum imitantur, Cicercula
 vulgare Dioscoridis, Laibyris dictæ. Ancipitem securum amuluntur Peluini, & Asclepi-
 dis semina, teste Dioscoride, unde nomen indistum planta fuit. Sagittæ modo in cuspidis
 formam Iunci semina, que Theophrastus arabo dicitur. Triquetram cuspidem imitantur tri-
 gona Polygoni, & Lapathi semina, & Longitidis teste Dioscoride. Quadratæ Pimpinelle semina.
 Chiturgorum incurvum cultrum, vulgo Gammaut, exprimere videntur Trifolij, Aphyllon, semina
 siue Bituminosi seminum extrema pars, que non minus Falcam, aut Serpentium dentem, Fe-
 lium vnguem imitari quis dicere potest. Contractos vngues Milii, Vulturnis vel etiam Polypi
 flagellos, Calendula semina incurva in se conglobata. Margaritas siue Uniones candore, splen-
 dore ac lapidea duritate, Litobosperi semina, teste Dioscoride ac Plinio.
 Sunt & in succis herbarum differentia, que signaturam habent, tam conspicuam in virenti-
 bus plantis, quam in succis extractione per infusionem, & decoctionem manifestatis, tam in
 herbis,

Seminalis.
 togno-
 nis oblerua-
 ta, quas par-
 tes referunt.
 Cerebrum.
 Dentes.
 Pupillam.
 Cor.
 Vobilicis.
 Renes.
 Genitale.
 Caput articu-
 lis.

C. Noctua.
 Venirent.
 Testes.
 Cimices.
 Araneam.
 Caput vis-
 peris.

Polypum.
 Echinum.
 Ricinum.
 Cochlearia.
 Securum.
 Cuspidem.
 Falcam.
 Vngues.
 Felium.
 Milii.
 Vulturnis.
 Margarita-
 tas.

Differentia
 in succis
 herbarum.

In caudicibus in effi- herbis, quam arboribus, & eorum partibus, de quibus alias.
glie.

Sunt & differentiae alia in plantis, tam in caudicibus, caulis eorumq. effigie rotunda, trigona, quadrata, vel angulosa, nodosa, & geniculata: in eorum superficie laet, aspera, coriacea, in rami in superficie dura vel fungosa, spinis horrida, & maculosa. Tum etiam in ramificatione ordinata, vel inordinata, cum in foliorum circa illos dispositione ordinata vel inordinata & eorum numero foliorum distinctione, in bino, terno, quaterno, quinque vel alio numero; illoq. simplici, aut multiplici, pinnatum, cruciatum, & pumero, coeruleum, que & aliae differentiae adhuc minus digestae, amplum volumen requirent, quod notarum modum & breuitatem longe latè excederet.

Pag. 11. cap. 7. lin. 36.

Coma quid sit, & quomodo intelligatur ex Dioscoridis mente, diffusæ in nostro volumine, minus cognitarum stirp. retulimus in cap. de Hyssopo, quare hic repeteremus nolumus,

Pag. 12. cap. eod. lin. 25.

Omisit Auctor noster Corymbi descriptionem, & notas in quo differat ab Umbella, & Capitulo lo: quare nos addemus tanquam utiles ad plantarum figuram diagnosticandam, Corymbus igitur generalissime acceptus, pro quo quis summo casum vel fastigio cunctumque rei sumire. At in plantis, ut apud Plantarum scriptores, quos hoc loco sequi oportet, Corymbos appellasse, propriè racemos Hederae reperimus, Autorem habemus Plinius lib. 16. cap. 24. Hederae descriptione prosequendo dicentem: Racemis in orbem circumactis, qui vocantur Corymbi. Dorum Dioscorides in cap. Hederae remedia trudens plures mentionem fecit, & incap. de Hippophae nobis aperi illorum effigiem declarauit cum aliis, Flores Corymbi Hederae similes, veluti racemi coherentes inter se. Itaque Corymbi racemus est quidam orbicularis ex circuncirculis summo se diffundens, multis in orbem petiolis circumactis in quorum extremitate singuli florunt, singulis petiolis, & deinde totidem fructus continentur. Nec alio modo ab Umbella differt nisi quo pars a tota. Umbella quidam ex pluribus corymbis petiolis ex caulinco diffusa construitur: singuli quidem petiolis Umbellarum corymbi conspicuntur: dividunt enim in summo plures in orbem dispositos flores, & fructus substinetes; quos Plinius dependere dixit, de Elaphobosco loquens ibi, nomine in Corymbis dependentibus Siliis effigie. Sed Dioscorides Cap. de Hippophae, illius comam flore plenam in Corymbos, pruisquam efflorescant, comparatam dicit: & tamen Umbellam propriè deserre, nemo ambigit. Capita etiam sub Umbella nomine Plinius appellauit cap. de Smirno ibi, Capitibus caulinco orbicularis ut Anethi. Et Dioscorides de Dauci tertia specie ait: Caput & semen Anetho simile habere; & tamen Anethum Umbellam propriè, non caput proferre quicunque fatebitur. Quapropter quod quandam orbiculari rem formam Umbellarum praesertim adhuc non diffusarum, capita dicuntur habere, & eo etiam Corymbos quamvis capita verius dicuntur, que compacta sunt, ut Thymi, Stoechadis, Polii, & Chrysanthemi, & similius, & hac quia ex pluribus constant floribus & fructibus ab uno initio ex orientibus, & in Caput simili exuberantibus, Capita Corymborum specie Polij capitula dixit Dioscorides. Addendum etiam hoc loco Umbellas alias esse ordinatas ex uno principio, & basi, ut in Pastinaca, & serulacea, alias esse inordinatas, & Umbellarum speciem referentes non propriè: quamvis ob quandam primo aspectu similitudinem sic appellantur, ut Sambari, Achillea, & similius: quem veluti Elicrysa, Chrysocoma, & Origani, Ointidis atque Agerati flores ex conunctis Corymbis composta in Umbellam esse diversitatem Dioscorides. Harmonum Plantarum comam ex pluribus petiolis plures flores singulis continentibus in similitudinem Corymborum, & simili coenobitis Umbella similitudinem exprimere prima facie videntur, in summo tantum Plantae comam habentes floridanam, quare comantes flores habere dicuntur planta illa, & similes, ut de Chrysocoma dixit Plinius.

Pag. 12. Cap. eod. lin. 34.

Addo Chamaleonem album, cui à Dioscoride caput Ebini marini modo spinosum tribuitur, de quo, & eius gummi lycia multa retulimus in Cap. 1. nostri Volum. minus cognitar. Stirps. Quorum capita spinis horrida, Acanacea à Gracis appellata, quasi Acanthacea, vide Theophrast. lib. 6. histor. Plant. cap. 3.

Pag. 20. Cap. 11. Lin. 1.

Sic de nostro Tripolio obseruauimus in australi tantum plaga prouenire, ut in hisfor. minus cognitar. Stirps. c. de Tripolio, ubi de similibus plantis propria loca diligenter etiam si mentio.

Et Lin.

Et Lin. 19. ibidem.

Aegyptium Arum Neapoli annis præteritis floruit, & sequentibus, & nobis etiam ex Plantæ in Salernitano agro à R. P. F. Donato de Eremita naturalium rerum studiose reperta, & alii sibi locata, ubi spontanea: de quo in nostra hist. minus cognitar. Stirp. 2. par. cap. 1. ubi & quid sit Cœlofaria, & in quibus à Faba Aegyptiæ differat, differitur: & distinctè Aegyptiæ Ari florum differentia ab Ari vulgaris floribus notatur, odoris præsentim, que ab horis etiam Pisani Praef. Cœlofabo fuit obseruata, & odoratissimum suis florem Aegypti, cum aliorum Arorum flores fereant: sic refertur à doctri. Bauhino in suo Theatro Botanico lib. 5. sect. 6. cap. de Aro. Et curiosi non pauci Neapoli anno 1626. Aestatis fine obseruabant in horto Clarissimi viri D. Bernardini de Corduba Equitis Hispani, præter Politicam, Militarem & alias disciplinas, quibus ornatussumus est, Exoticorum studiofissimi, iam Animalium, quam Plantarum, qui præseri- to etiam anno floruisse testatus est: cumq. à nobis audiuisset adhuc eis, qui minimè flovere pu- tent, cum ipsi non viderint, risu non potuit se continere. Fabam autem Aegyptianam ibidem à no- Fab. Aegy- bis memoratam, frequenter esse in cibo apud Indos Aestate, anno 1622, ex Hiaticum propè pris. magnam urbem Sutchem in Chinensis regione docit. Io. Terrentius Lynceus litteris ad D. lo. Fabrum Lynceanum Collegam testatus est, quas in hoc volume fol. 557, videre pos- teris, Theophrasti descriptioni respondentem, cuius effigies eidem ante a missa ab eodem Terren- tio, vitam longo itinere in Fabri manus, & non in alienas incidisset, qua nunc exhibetur, ut nibil amplius in dubium Recensitoribus venturæ.

Lin. 20. ibidem.

Dictamni Cretici Neapoli florem, & semen collegiæ meminimus. Ferdinandum Impre- ratum naturalium rerum studiofissimum, & surculo facilissime seruit, ut nos fecimus ligno. De illo autem & Pseudodictamno aduersus Recensitores in nostro Dioscoride, se DEO placuerit, veriora tradentur.

Lin. 35. ibid.

Magnitudine variare Plantas, & Fructus ratione cultus, loci, & Celi, non autem hic ber- Plantæ, & fructus ma- bas, alibi arbores, sed arborum similitudine prægrandes fieri posse concedimus. Arborum in- goitudine variant.

selligimus mutatæ specie, ut si perennis, & alias habeat arboris proprietates, quod minime pos- se fieri credimus, at diuersas specie Plantas, ab eodem genere variantes, que etiam translatæ can- dem seruent naturam, concedimus.

Arboris caudices prægrandes, ita nos Campoclar in Matesij radice obseruauimus, ut non

solum tres homines, sed quatuor vix amplecti posuerint, Castanearam, & Nucum Iuglandium,

vbi non raræ in tabulariæ sexpedum latitudine diuidunt ferræ, nec ibi villo pæcchio mirum videatur,

frequens enim est spectanda, pariter cum prægrandi magnitudine, & ipsa multitudo.

AD LIBRVM SECUNDVM

Post prefationem pag. 28.

Diuisionis Plantarum ratio alia est, quæ Plantæ in arbores, frutices, cœrios, & herbas di- uidi solent: Alia quæ in genera, & species. Alia quæ in Aromaticas, & illas in medicinas, vel gustu suauis, & condimentarias. Alia quæ in Caibaricas, gustu infusæ; Alia quæ in Alexipharmacas, vel Venenatas, & sic de alijs qualitatibus. Prima, & secundâ diuisione fa- cies Plantarum distinguuntur, Herbarijs oportet. Tertia cum reliquis odore, sapores, & qua- litates, quarum cognitio medicis, ut plurimum, est necessaria.

Nec immerito de Nouæ Hispaniæ re medica tractaturus Auctor noster, Dioscoridis vestigia Securus, à sapore, & odore præplantibus initium sumere voluit, tanquam ab illis que impressius percipiuntur tam gustu, quam olfactu sunt Aromaticæ, & Aeria de quibus agit. Facilius quidem est cognitione excessus odoris, & saporis ab alijs rebus minus sapidis, vel odoratis, aut in totum sa- pose, & odore defititus. Sic in Mathematicis linea facilius à puncto, & centrum à circumfe- renzia, quam punctus à puncto, & circulus à circulo, & in Herbis arbor ab herba, quam à frutice, vel cœriuim ab herba distinguitur. Reliqua doctissime Collega noster proposuit.

Pag. 28. Cap. 1.

Addo, radix castaneo colore, folia obscure virarentia, & floribus in summo albicansibus. Tamaracum quipan- ita

ita ex pictura colorata ex ipso Mexico, & in aliis voluminibus distincta, que apud Autoris Nepotem Iurisconsultum Virum doctissimum non solum legum peritum, sed & Politicis omnibus disciplini, & priscarum linguarum reconditam eruditissimum reseratum M. Antonium Petruum obseruare licuit, dum Romae agerentur, ipsius scilicet Recchi exemplaria.

Pag. 29. Cap. 2.

Copaltis. Vide duas alias Plantas, Copalti nomine frigida temperie infra lib. 8. cap. 55. & 56. Thriacales. Tertia vero Copallidis folium in Recchi exemplari depingitur duos pollices longum, & siccum feri latum. Radix colore cinereo nigricante carnosa. At quia in prima Copatlida Synonymum est, Tlamazazquian, quod nomen inuenimus in alijs plantis, quarum imagines, & nomina tantum in exemplaribus extant fol. 414, in alia parum variane figura sub nomine Tlamazazqui, y, Papani, vel Copalti, que figura tertia de scripta Copallidi quodammodo affinis videtur; an Pictoris varia fors, vel Plantae varietas sit, proponitur expendenda.

Pag. 30. Cap. 3.

Tecuapio. Planta. Plantae Indiae. Vt herba vis in lapide permeando ipsius odore sine fallacia dignoscere possit, in latissimo lapide, vel potius exiguo, sed parieti amplio alicuius domus compacto, ut ex altera lapidis parte, in qua herba succus impositus fuit, nullo modo aer vicinus permeare possit, periculum est faciendum, aliquoquin aer ille circumfusus odore repletus, abstinentiam uares ferient, fallax experimentum redet.

Pag. 32. Cap. 4.

Robina- *gazella.* Huius flos rara figura quodammodo similius videatur flori Plantae Yoloxochitl fol. 49. Cap. 20. sed buic simplex est, & colore extra lutescens, intus parum purpurascens, & diametro pollices duas cum dimidio aquat, folia vero longa sunt pedem, & lata pollices tres, ut in Recchi exemplaribus.

Pag. 32. Cap. 6.

Icones. Prima & secunda Iconis huius capitis historiæ delineationem tantum habet, nam Auctor ab alia siluerunt hoc modo dicens. Hec ad speciem Ligustici videtur spectare, Nascitur &c. Diocoridis Ligusticum est, potius Matthiolii. Iconem alteram Libanotidi lasifolia. Recentiorum similis Auctor accepisse videatur, cuius folium integrum in Recchi exempl. quatuor pollices aquat longitudine. Ex his basitudine, quamam sint uires superiorum.

Pag. 33. Cap. 9.

Arceopas. Radicum color est ex fusco purpurascente: foliorum figura vix historia accedit, cum aspera & Amygdala similia esse deservantur. Floris umbro prominens vires inibz est foliolis, reliquo lutescens, ut Barbula coerulea ex Recchi exempl. Asteris vel Baccharis potius familia adscribenda Plantæ.

Pag. 35. Cap. 10.

Caryophyl- *lus Aroma-* Caryophyllorum Icones doctiss. Carolus Clusius in sua Exoticorum història ramulis, foliis, & fructibus exactius delineatis ante hunc exhibuit fol. 181. & 267. & quam idem maxime probat fol. 396. quam postremò habuit; Iudicium tamen sit eius, qui siccæ Plantæ ramulum saltem viderit, & contulerit.

Pag. 35. Cap. 11.

Cannella. *Caffia.* *Cinnamo-* Quid alij de Cannella, sive Caffia, & Cinnamoni historiæ, & differentias sentiant, vide Garzia, Acosta, & Monardum latine à Carolo Clusio in suo Exoticorum volumine: qui dilectorum etiam Recentiorum historiarum referit, & notat. Insuper, & Lobelium qui neruosum folium exactè delineatum expressit in Plantarum obseruationibus. In Recchi exempl. folium obscuræ vires, longum polices quinque cum dimidio, & latum duos: pluribus quam tribus nervis depicitum. Non defunt, qui veram Caffiam, sive Cannellam, & farsam ut alij dubitant Cinnamomum habere e confessi: ea quid baculus aromatice cum iuxta libro laui si illis allius, sapore Cannella acutissimo. Sed quia tenui sit cortex, quo delibrari inquit, & Cannella sive Caffia sit cortex delibratus à ligno siccō ab Antiquorum Caffia alienus. Alio quo baculi cortex tenuis est ad delibrandum minime aptus, nec cortex alias delibrato, vt in Subere, non parum occedere videatur ad Cinnamomum, in se quia ueniali, sit crassitudo baculus, & pedata longitudine. Nos talern baculum, quem noui idimus, decorticatum Caffiam sive Cinnamomum libra intermalleabile, sive fides Garzia est adhibenda, qui duplice habere corticem assertus, cœferemus: aut Pseudocaffiam à Diocoride descriptam, que medulla sive ligno harrenem coriaceum habet. Nec enim quia sapore sit


Cannelle acutissimo, & lignum cum cortice Cinnamomum esse debet, Diocoridis Cinnamomum quidem iongè à crasso, longo, enodi baculo differre iam facti omnibus notum putamus: qui terminum Diocoridis continuit per totum ramis sive nodis: qui à radice detrabendi effici ad electionem: & probacionem. Et alio nomine inferius dixit, vellito à radice surculatum, per verbum, & ador; quod nouellum germe significat, minime baculo respondens. Sicut & inferius Cinnamomi ramulum eligens, similem probat Moysitica Caffia, cuius ramulos, ut tenues, & nouellos, germe na denominavit verbo, βάρος μουσιδίτις. Et quidem apud Gracos verbum βάρος, non baculum crassum lignosum, sed germe, & nouellum folonem, aut saltum sanguinosum, nouella virga parem pro Plantæ natura, & magnitudine, que ex Antiquorum descriptione brevis erat admodum, ut minimè talem baculi crassitudinem absque maxima longitudine posset emittere. Ex quibus, ut supra diximus, decorticata Caffiam potius, quam Cinnamomi ramulum putandum. Non tacendum hoc loco Garzia: uberior modo suam Cannellæ duplēcē habere corticem, sed non tam crassum, & distinctum retulisse, verum nos vulgaris Caffia, fistula partem habemus, cuius cortex extimus manifestè videtur, scaber ente est extra, nodum, & rugas, ramulique vestigium indicans, & paulo superius colore est cinereo albicans: & non abrasum, nec intimum esse corticem quisque facile dijudicat, sapore & odore Cannella abrub vegeto. Habuimus etiam Cannella aliam speciem rariover cortice crasso, duro, denso, eodem colore, saturo, dulci sed ipsius Cannella sapore, cuius arbor non describitur, que Caffia antiquorum varietas est, præter alios aromaticos cortices similes.

Non mitum, nam Recentiores qui de Cannella hactenus scripserunt, adhuc inter se minimè conuenient, Garzia Cannelle fructum Oliue, vel Lauro similem facit, & calycem habere ne- *cannella* gat. Alij glandulas calycis Saberina ligneo apud Acostam, cuius imaginem Clusius posuit ē regione folij T amalapatra, seu Indici folij dicti: tribus nervis per longum dispositis, quibus Zeilanica Cannella, qua magis aromaticæ est ceteris, carere, & glandiferam esse arborum sui generis, idem Garzia dicit. Sed Acosta pro Cannella vera illam asserit. Alij Cirti (Mali me- *Cannella* dica) simili folio esse cum Garzia, & Lobel. Luga. Historie Plantarum Auctor, & Baudin in suo Matthiolo depinxerunt, cum baculis corticos. Auctor verò noster tribus etiam nervis, ut Acosta, describit: sed folium in Recchi exemplar. obseruatum pluribus nervis inæqualibus depingitur, ut ē regione expressum est. Quare in hac controversia quid sit afferendum, ignoramus: Aut dicendum calycom in fructu alios non obseruasse: aut aliam Zeilanicas orientalem *Cannella* Citri folio venoso magis aromaticam: aliam tribus nervis distinctam Malauaricam; aliam vel le diuersa. Etsi Zeilanicas: aliam Glandifera modo calycom in fructu habentem, qua in Malauar, & Peru oritur: aliam sui generis Cannelle similem fructu Pilki vel Petasi, à Monardo descriptam ex novo Orbe. Que omnia non ab Historicis, vel Medicis, sed a curioso, & diligenti quopiam doctoq. Botanic, qui utramque Indiā per agras, & descripti cuperemus. Folium quidem tribus nervis distinctum latitudine variare obseruavimus, atque laurina carnosis, & durius eodem sapo- *Cannella* re, quod pro folio Indo exhibuerunt, Cannella vero folium aliud tribus nervis, sed minus, & Cannella sapore, aliud Citri folio simile venosum, quod Cannella acuto sapore prædicatur. Sed nos foliosum ramulum peruidere optaremus, ut aliquid afferere possemus. Denique certum est, ramulos tenues, sive nouella germina, ut in Citrio notauiimus, sapore, ac odore lignosum, & vetustiores longè superare. Quapropter mirum non est, si à Diocoride tenues ramuli, & non baculi crassiti probarentur. Sed quod à radice ad probationem vellerentur, que nec crassa, sive magna esset, ut in quarto genere, nec densa radice, ut in quinto: Si verum est, ut Recentiores afferunt, quod non aliud Cinnamomum nostro euo parvus frusex reperiatur natura, ut ab An- *Cannella* liquis refertur; in animo est, quod arboris cespitem, sive caudicis nodum alias recicum, & iam nouellis germinibus emisso, ut in Silice, Vimo, Balsamo, & demessilibus arboribus fieri solet, auolsum Diocorides obseruavit, & pro radice forsan descriptis. Sed abusus desideranda est similitudo multorum ramorum, effigie fructis Coralli emula, à Diocoride relata, & in cap. de Corallio repetita. Plinius fabulosam Antiquorum de Cinnamomo, & Caffia historiæ arbitratur. Et nos Recentiorum minus accuratam, & variam, ut quæ aliorum etiam relationibus nitatur, qui non barum Plantarum veritatis eruenda, sed potius negotiandi, & acquirendi gratiâ in ea loca inciderunt. Et quod sit verum, foliosum ramulum cum floribus, & fructibus Caffia, aut

Canna-

Cinnamomi nemo adus depinxit, & Piperis, & Caryophyllorum, & similiū, ab difficultate, & loci distantiā, in quo nascuntur. Utinam noster College Ioannes Terrentius Lynceus, vir em-
ui doctrinā ornatus, ac naturalium studiosissimus, ut ex eiusdem in hoc volumine scholij si-
ne notis, quisque certior fieri potest, qui in internis Regni Chinenis nunc reperiit, in anima
concipiat, Cassia, & Cinnamomi veritatem eruire, ut de alijs indagare capiat, non amplius pro-
ficio de illis dubitandum esse.

similiū
cum Tāng
lapatā.



Vlyssis emulum, iudicium alterum Vlyssem dicit, qui multarum gentium mores vidit, & Vrbes; ut
enim menti sua curiosus satifacaret, proprijs ijsq; magnis impensis non patrius conclusus, nec
contentus solo Orientalem proptermodum omnem plagam peragravit: linguarumq; plurim con-
gnitione prædictis, Arabicam præfertim, & Persicam coluit multis annos, non modò cum illius re-
giosis Regulis, Optimisibus, versatis, atque honorifice ab illis exceptis; sed & magno Per-
sarium Regi, ob virtutem præstantiam hos pes acceptissimus. Rediens porrò ex Naturalibus ra-
rioribus, que collegit, & mibi hac folia, atque alia que suis locis, & sibi amanissimo clarissimq;
D. Mario Schipano Medico Neapolitano exhibuit, in cuius gratiam haud paucu amoris ergo
consulti.

Copallia
Quinquaginta
centi.

Gentianet.

Holzsch-
il.
Cinch-
pallii.

Huius nominis tres alias: Plantas in initio proposuit huius libri, facie variantes, sed huic ter-
na folia exprimitur tertia quodammodo respondentia, illius autem circa petiolos lunata.

Pap. 37. Cap. 13.

Radix colore caffaneo fibrosa è capite carnoso, folia dilute virent, & pollices quatuor diamet-
tro: flores purpurascens ex calycibus viridi-flauicantibus. Flosculorum series in imo planta
à dextris, & corniculum non videtur huius, sed flores tantum è regione sinistra. Huius lcom,
& historiq nisi caulem habuissest ad Cortulæ Plantam non parum accedere videretur, cuius con-
generes nos ad Dioscoridis Alijma referendas proposuimus.

Pap. 39. Cap. 17.

Flores bini, aut terni ex basi quinque foliata, qui antequam pandantur ex luce rubescunt
apicem habentes medium luseum, & maculas quinas intus lutescentes, ex Recchi exempli.

Pap. 40. Cap. 18.

Radix carnosa obliqua longis fibris nigris villosa: folia dilute virent diametro pollicem su-
perant,

perant, vix descriptioni congruentia, flore vidua depicta est in Recchi exempli.

Huius nominis duæ alias reperiuntur icones, varia sine historia fol. 364. & 365. quarum
folia minimè respondent, & aliterius videntur generis.

Pag. cad. Cap. 19.

Folium depingitur latum pollicem unum, & tres longum cum petiolo tantundem longitudine. Eucalyptus
Salicifolia.

Radix colore fuscō, & parum excuberantibus partibus.

Pag. 41. Cap. 20.

Radix in Recchi exempli, colore castaneo obsoleto, caudice vestigis petiolorum infecto. Flos Aristolochia
externa parte media viridescens, circa ora ex cinereo latefecens: diametro quatuor digitorum. Flo-
ris verè folia interna parte caua sunt, & purporubentia, & in extremo lutescentia. Vmbo-
nem habent medium virentem, & singula pollicem equant. Huius floris effigies non parum
similis flori Xochizacazili; descripto fol. 30. cap. 4.

Pag. 43. Cap. 22.

Ex genere longæ Aristolochia videri posset, sed quia floris, & fructus descriptionem Zanthella
omisit, nibil certi asserere possumus. copallia

Pag. 42. Cap. 24.

Folia huic pollices quatuor, lata fore tres. Flores dilute virent, & in Clematide. Aristolochia
Mexicana.

Radix ex tra colore castaneo. Convolvulus Cimamomous.

A D LIBRVM TERTIVM.

Pag. 48. Cap. 5.

Folium imminent alijs pennatis duplo maius reliquis ex Recchi exempli, vt sit digitali longi-
tudine. Non præterea Lector notas Clusijs post illum in lib. Exotic. fol. 297. qui Xolochopalii,
& Copal cubusti & Copaljua recenti.

Pag. cad. Cap. 6.

Non parum effigie accedere videretur ad Balsamum de Tolu gummi duro, sed hoc candido co-
lore describitur. Copallia

Pag. 49. Cap. 8.

Folia longa pollices quinque cum dimidio, lata pollices duos obscurè virentia, & ramulorum
geniculi magis rubescunt. Flores ex longis calycibus dilute virentia, densis flaminibus luteis Copallia
compacti. An Balsamum folio Vrifica similis, de quo Monardus cap. 9. ab Indis Xilo, alijs Zilo
dictum?

Pag. 50. Cap. 10.

Huius arboris durum nobis, vel aquivocum nomen, & copiosistellati fructus Holzschil.
frequenter aubarent, satisque nostro iudicio, priuata arboris nota, in mente reuocauit,
vt molliore firmioreque denominatione illam decoramus, & ob id Stellutam arborē, co-
piosis sollicit refert stellis appellaremus, in mutuus amoris signum, quo maximè deuincimur
ab immensa erza nos benevolentia non modò genere, sed omni virtutum, ac disciplinarum varie-
tate clarissimi Viri D. Francisci Stelluti Lyncei Collega nostri, cuius laudes, quamvis à nobis
hoc loco taceantur, ex varijs doctissimi iam omnibus serè satis nota sunt.

Pag. 55. Cap. 15.

Nos potius Terebinthi quam Lentiscum referre putamus, tam habitu floris, racemo, & alijs,
ac gummi præfertim primum lacteo, deinde ad caruleum vergente paucos post menes: ac viribus
etiam. Quapropter angustifolium Terebinthum diceremus: eoz. magis, quia ventrem mollis non
minus ac Terebinthum, ut Dioscorides de Terebintho refert. Et à Recentioribus ob id Molle ap-
pellata plantat à clarissimo D. Gaspare Bauhino refert insuis in Matthiolum Synonymis,
ubi pro Caibartico ab incolis regionis usupari scribit, quo blandè humores omnes vacuentur, &
hydropicorum aqua educantur, drachma unius ponere dissoluta cum aliquo liquore decentia
vel decocto, vel aqua epoto.

Pag. 56. Cap. 17.

Huius scon prætermissa, reposita fuit fol. 455. quam vide. Terebinth
Augustifol.

Pag. 57. Cap. 18.

Radix ex luce obsolete flauicat, sicuti caudex. Folia tres pollices aquant diametro, & fru-
ctus veluti aculeatus, flauicantibus aculeis circum tuberculos nigro-carnicos, in Recchi exempli.

Pag. cad. Cap. 19. & 20.

An sit congener Antiquorum Balsamo, sicuti sequens planta cap. 20. scilicet succus in aqua
soluitur in loc. album, ut quadam Copaliferæ congeneres. Huius folia lata sunt pollicem unum

Ddd cum

cum dimidio, longa pollices duos, Terebinthi ferè paria, & in ramulis extuberantes globuli, colore rubescentes, qui pro Baccis habentur à nostro Collega, quarum icones etiam aptari possunt ad sequentem descriptionem.

Pag. 59. Cap. 21.

Folia Abietis modo, & ordinata bilari virore depicta. Radix cinereo colore, sicuti caudex, gummi in trunco oblongum, veluti Erucarum effigies, in summo caruleti capillamentis comatum in Recchi exemplar.

Pag. 59. Cap. 22.

Draconis arboris binas plantas tenellas, sed folijs palmaceis potius, ut à Clusio depinguntur è Canarijs Insulis adiectas. Neapolii biennio aliut R.F. Donatus de Eremita aromataria perfectus in monasterio S. Barberinæ à Formello dicit, apud quem vidimus inter alia rariora, quorum est studiissimus, qua post biennium malâ cultura perierunt, in cado enim ligno, in quo adiecta fuerunt, nibil sub radice terra, quam cum ligna ima parte eadi putridam reperimus.

Pag. 60. Cap. 24.

Acacia,

Plantam ex semine natam triennio aliutus Neapol., sicuti & Ferdinandus Imperator nobis, iam fama & scriptis clarus, à quo semina accepimus: adoleuit tripedali longitudine, caudice rufescente, sicuti ramulis Vlmo similibus, in quibus folia pennata quaterna in singu-

Acacia Aegyptia.

Mizquitl Acacia Mex. Recchi.



lis petiolis, ex virgarum geniculis alternatis prodecentia, in quibus bina spinula barebant: folia vero ex denis, vel pluribus lobulis Ruta ferè magnitudine dense dispositis, pennarum ritu constructa sunt, que manu & Sole hemisphaerium illustrante, vel etiam nubilo meridie debescant, occidente vero adeò spinulæ coberebant, ut abque lobulis folium unicum censetur, sed primò ex semine bina crassa lunata foliola fibi aduersantia prodire, deinde unicum folium pennatum otonis lobulis insectum, caulinclusq. in quo spinula bina, & folia quaternis pennis diuisa, ut diximus. Florem non prosulit, quem vitnam dedisset, nam post triennium ambobus etiam adulescentia plantæ leviter perierunt. Ex huius siliquæ Imperator nobis prius madefactis, eliciebat succum acidum, adstringentem, rufescensem, pellucidum, in placentulas coagulatum proportiona in optimâ Theriacâ confiencia, in qua omnem adibebat diligentiam, ut vix uno, vel altero utetur succedaneo, ut merito Theriacæ Instauratoris nomen sit adeptus. In seco semine ex silique

hquis modo/s compressis exempto, adhaerens reperiatur succus concretus, veluti illitum gummi rufescens, articulatum, splendidum quod madefactione colligitur liquatum, & exsiccatione conglobatur. Hanc Dioscoridis Acaciam secundo loco descriptam reserve censemus, quia semen Lent. Acacia 2. Diſcor. cedula modo compressum, & latum, sed minus, in siliqua depressa tribue, aut quatuor distincta cellulis, inclusum habet, ut in Lupino obseruatur. Huius Icon om̄is fuit à typographa, quam inde sol. 455. emisum commodius hic prope nostram ad differentiam reposuimus. Illustris. & Reuerendis. D. Card. Odoardus Farnesius rariorū stirpium exotiarum studio efficiens, aliquam Roma similem solij, & spinis Plantam in suo viridario alebat præteritis annis, sed pluribus pennis sensis, vel septenis in singulis petiolis virinque obseruauimus, tenuioribus lobulis insectis, & flores edebat rotundos in globulus pilosus luteo colore, alij plantis leguminosis, seu siliquas præferentibus dissimiles: nam & siliquas protulit crassas, veniosas Pisces modo, & magis etiam, nullo modo depressas ut in Lupino, rotundis ovalibus seminibus inordinatis repletas, nec gummosas sive succosas, ut in vulgaris Acacia orientalis, sive Aegyptiaca, nec latas, & depressas, suis cellulis distincte, & ordinatè inclusis, ut in Lupino, & supradicta vulgaris Acacia obseruatur. Nec etiam sapore similis, sed acri admodum. Plantam fibi sub nomine Sarza missam fuisse dixit, quia Sarza appellant Exoticæ Plantæ, qua sit spinosa. Prosper Alpinus in libro de Plantis Aegypti, Acaciam depinxit, & descriptis floribus globosis, pilosissimi, siliuetis, siliqua vero compressa, & effigie Lupini, & semini intus simili Carobis, ut est siliqua, que ab Imperato exhibebatur, & ex qua succum eliciebat, ut diximus, qua nunc vulgaris est doctis & curiosis Pharmacopæis. A Lobelio depingitur Acacia, cuius Icon Plantæ acacia 2. à nobis obseruata respondere praeter ceteris videtur, folijs quaternis ex singulis petiolis, sed minus, tenui. diligenter expressi, aliquaque autem diligenter, sicut etiam in Matthioli Epitome à Camerario, & ab Alpino quoque, sibi folia hic non obseruavit, nec à pictore effigie rectè depicta est, cum è regione in ramulo, & in ipsa arbore vario numero, & inordinatè disposeret, à nobis vero quaterna ex singulis spinarum ramulis, ipsaq. pennata obseruata sint. Ex annali plantarum icon excerpta, à nobis expedita est.

Acacia folijs frutex Mesopotamicus.

His addenda visa sunt elegans, & rara planta, alia, Acacia folijs, & ramulis adsimilis, qua nec amarorem, acrimoniam, aut Allij saturem, ut de proxime relata Farnesiana affertur, refert: sed nec manifestam adstringentiam in hac, ut in Acacia Aegyptia vulgaris experti sumus obseruare gustu potimus. Ramulum, cuius picturam exhibemus eadè quæ est magnitudine, folijs, siliquis, & seminibus, enā cum pluribus rareribus plantis, radicibus, succis, mineralibus atque alijs ex Oriente reduc, ut superius indicavimus, atulit doctissimo D. Schipano, clarissimum ac liberum artium, linguarumq. cognitione ornatum, & Arabica presertim studiosus. Vir optimus, Romanus Eques, nobilitate Familiae, propriaque virtute conspicuus Petrus de Valle: à quo deinde nos citam liberatius, ut studio expiberemus, accepimus. Folij est pennata, & semis pennarum ordinibus virinque distinctis: ac lobulis ferè virginis virinque admodum exiguis, ut vix pictura rectè exprimi posuerit, incisi. Spinæ ex lignosis ramulis ulmeo cortice vestitis, non simul binas in exortu foliorum, sed distinctas habet, & unicam tantum in illorum exortu. Semina paucæ profert effigie Pyri, sed maiora, minora parum Aegyptia Acacia, compressa, leuia, nitida, & colore sparsa.

Dddd 2